

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Strabonis Geographicorvm [geographicorum] Lib. XVII**

**Strabo**

**Basileae, 1539**

Argumentum tertii libri.

**urn:nbn:de:bsz:31-67095**

litr ulnas ad plurimum nouem. Dicit autem Eratosthenes eos qui sunt Meroës, distare paulò plus quam uiginti tribus millibus. Per Hellespontum enim esse decem & octo millia, déinde quinque millia ad Borysthenem. In his autem qui distant Byzantio stadijs fermè sex millibus trecentis, septentrionalioribus existentibus Maotide, secundum hybernos dies sol attollitur usque ad sex plurimū ulnas, dies autem est maxima horarum solstitialium decem & septem. Ulteriora uero propinquanta iam inhabitatae propter frigus, non amplius usui sunt descriptori terræ. Siquis autem hæc etiam uelit discere, & quæcunq; alia cælestium, Hipparchus quidem dixit. Nos uero reliquimus, quia sunt expressiora quam propositus nunc tractatus ab illo sumat. Expressiora autem sunt etiam de circumumbribus et biumbribus & alterumbribus ea que Posidonius dicit. Tamen de ijs tantum com memorandum fuit, quantum satis esset ad excogitationem declarandam, & quod partim utile ad terrarum descriptionem, partimq; inutile. Ac quandoquidem sermo est de umbris à sole, sol autem ad sensum secundum parallelum fertur, secundum quem mundus quoq; omnis. A quibus quidem ex unaquaq; mundi conuersione dies fit & nox. Quando enim super terram sol fertur, ab his sanè & biumbres excogitatur & alterumbres. Biumbres quidem quicunq; ad meridiem. quan= *duobus*. doczenim incidentes habent umbras, cum à meridie sol gnomonem accedit rectum, ad subiacens planum, quandoq; autem in aduersum, cum sol in aduersum consistit. Hoc autem solis ijs contingit, qui inter tropicos habitant. Alterumbres *impinguati*, uero, quibuscunq; aut semper umbra ad Vrsam cadit, sicut nobis, aut in australia, sicut eis qui in zona altera temperata habitant. Contingit autem hoc omnibus ijs, qui minorem habent tropico septentrionalem, & quando uero eundem aut maiorem, principium est circumumbrium usq; ad habitantes sub polo. Sole enim secundum omnem mundi conuersionem super terrā lato, clarum est quod umbra etiam circulariter circunfertur ad gnomonem. Quam ob causam circumum= *tuas*. bres eos appellant nihil ipsos ad descriptionem terræ pertinentes. Neque enim sunt hæ partes propter frigus habitatae, sicut in ijs qui ad Pytheam, sermonibus diximus, ita ut nec magnitudinis, inhabitatæ huius cura sit habenda. Quoniam percipi potest, quod qui habent septentrionalem tropicum, subaccide= runt descripto circulo sub polo Zodiaci, se= cundum mundi conuersionem, subia= cente distantia inter æquinoctia= lem & tropicum, quartam & sexagesimam ma= ximi circuli partem.

## ARGUMENTVM TERTII LIBRI.

**I**n tertio incipit singulas orbis partes describere, & primum hoc libro totius Hispaniae continetur descriptio à columnis ad Pyrenæum usq; montem.